



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 90. Argumentum octuagesimum. Ex S. Carolo Borromæo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

non habent propositum firmum absinendi de cetero à peccatis. *Vit cognoscere quod propositum sit legitimum? Vide, si est vir conscientie. Quod agnoscimus in dubiis. Nam primum vir non est alterius nuptiarum. Secundo vir agit vitam conjugalem.... Si propositum est legitimum, nuptum est conscientia: nam quietat eam.... Si statim post confessionem mutus propositum est redit, crede nunc anima, hunc quem habes, non est tuus vir. Nam non est vir vitam longam cum uxore conscientia.*

¹⁰⁴¹ Et conc. 3. in Dom. 3. Quadrag. Videantur qui post confessionem statim redeant ad peccatum suum, quād maius securi sunt. Non enim fuit illa vera pœnitentia, sed falsa. Unde in decretis distinetur: pœnitentia dicitur: irrisio est, & non pœnitentia, qui hoc agit quod pœnitit; neque videtur Deum posse subditus, sed subannare superbus. Vera enim pœnitentia est, praterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Nam qui ad malam, quae ploraverat, redit, bio agera pœnitentiam aut negligit, aut dissimulat. Non quod ad veram pœnitentiam regatur, quod peccator nunquam amplius redateat ad peccatum, sed requiritur propositum verum & firmum non redundi. Quod utique non est in illis, qui tam leviter, tam facile, tam citè relabuntur.... Enīc in confessione dicant, quid verè proponant, non credas. Quia decipiunt seipso. Unde de hismodi confusione Confessoribus, ut miscent eos in domos suas, & cùm invenerint correctos & emendatos, tunc abſolvant. Melius est enim differre, quam decipere eos. Pater Augustinus: pœnitentes, quid agitis? quid prodefit quid humiliantini, si non mutantini?

¹⁰⁴² Ecce Villanova expressissime totus est nosfer. Non idē tamē Novator. Non idē Rigorista. Non idē novam, impracticabilem, exortam, vel à communī sensu alienam doctrinam tradidit, sed videtur est in serie Actorum Canonizationis ipsius. Nec nos ergo Novatores vel Rigoristæ sumus, nec doctrinam novam, impracticabilem, & tradimus, prout Juniores aliqui voiferantur. Siquidem anno 1649. die 16. Novembris (ut legitur in Actis illis) demandatum est examen operum ab eodem Beato editorum, Cardinali Cornelio, adibitis Patribus Hilarione, & Alciario. In Congregatione habita 7. Martii 1650. pronuntiatum fuit: nibil in predictis operibus contra fidem, ac bonos mores, nec aliquam doctrinam novam, à communī Ecclesie sensu alienam, contineri.

CAPUT XC.

Argumentum ocluageſum.

Ex S. Carolo Borromeo.

¹⁰⁴³ Sanctus Carolus in Instructionibus Pastorum Op. 2. c. 1. imprimis monet se idē in unum consuleat, ut Confessarii Pœnitentia Sacramentum administrarent, eo cum fructu, qui maximus esse possit: si vero (inquit) in sincera vita emendatione postrit, neve in tanti ponderis negotio, cum propria conscientie summo onere convenientem non adhibuisse diligenter videantur. Id quod summopere timendum est multi, ne scilicet in gravem reprehensionem incidierit corum indiscretia (seu modus Sacramentum istud administrandi) cùm de tanto numero confitentium tam exiguum emendationem videamus, in iis qui toties & tam multis abbinc annis hoc Sacramentum frequentarunt. Patenter ergo innuit, eos Confessarios non laudabiliter, sed reprehensibiliter hoc Sacramentum administrare, qui sic administrarent, ut ex magno numero confitentium sibi, exigua appareret emendatio. Exigua vero appetat in confitentiarum & recidivis, qui, non obstante facilis & frequenter relapsi, statim absolvuntur. Summopere ergo timendum, ne dum facilis absolvuntur, in-

dignis absolutioni detur, juxta quod cap. 12. subdit. Ibi namque sicut habet: *Si Confessarius plenus instruantur, nec abolutionis beneficium iis impartiantur, qui eo reverāndi sunt (id quod vel inturā, vel negligentiā, vel alia de causa sapientē accidit, ac proinde id est propter hanc causam.) multi in eisdem semper peccatis harent, cum animarum suarum lamentabilis ruina.* Idcirco ex plurimorum Theologorum, cùm Secularium, tum Regularium diversorum Ordinarum consensu quadam, que infrequentiori consuetudine agendi à Confessariis observanda sunt, inferius annotavimus. Quandocumque vero ab iis pœnitentes vel absolvent, vel relinguunt ligatos, volumus, ut secundum quod infra dicetur, sua consilia dirigant.

Eis præmissis S. Carolus plures designat casus, ¹⁰⁴⁴ in quibus, vel differri, vel negari vult abolutionem. Primus (eodem c. 12. specificatus) est dum aliquis sùa negligentiā ignorat fidei articulos, præcepta Decalogi & Ecclesiæ: *Si (inquit) alius à Confessario, vel speciatim à Pastro suo, bac de re admonitus fuerit, neque tamen iactura studii adjunxerit, quantum debuit pro capacitate sue personæ, consequente abolutionem differat, donec aliquo modo satisfaciat.* Tunc igitur iterata pollicitatione Confessarius non debet effici contentus, sed sùla satisfactio ne, seu pollicitationis vel admonitionis impletione.

Secundum casum exprimit ibidem c. 13. dum patres & matres familiæ, filios & servos, vel ancillas suas non compellunt ad supradicta addiscenda, vel non advigilant, ut Decalogi & Ecclesiæ præcepta servent, vel, quod peius est, ab eorum observatione cōsiderem prohibent (uti faciunt qui servos & ancillas usque ad eis diebus profectis detinent, ut diebus festis operari quodammodo compellant, vel tempus audiendi Sacrum non tribuant) vel non curant ab iis præcepta jejonia servari, nec transgredientes reprehendunt, vel servos corrigi nolentes, quicque castoris scandalum sunt, è domo sua quamprimum non expellunt. In omnibus hisce casibus negari vult abolutionem, nisi promittant emendationem. Verū si aperte fuerint reprehensi, nec se correderint, tandem abolutione differatur, donec promissa appareat, veraque emendationis argumentum aliquo temporis spatio ostenderint.

Tertium casum exprimit ibidem, dicens: *Confessarius eundem cum iis servabit, qui contra Conciliorum nostrorum decreta... diebus festis operantur, vel à venditionibus, & similibus, quæ in illis probentur, non abſinent.*

Quartum casum exprimit ibidem in fine: *Idem* ¹⁰⁴⁶ (*inquit*) *servetur cum iis, quæ in immoderato corporis ornata & fastig mortaliſter peccant. Iis ergo omnibus differit vult abolutionem, usque ad emendationem actualem, si sibi non admixti promissa non servaverint.*

Quintum casum cap. 15. declarat his verbis: *Non* ¹⁰⁴⁷ *solum eos absolvere non possunt, qui peccato mortali valedicere constanter non decernunt; sed nec illos etiam, qui quamvis offerant, peccatum se velle defere; tamen una dicant videri sibi non se commerciam illius esse reliquias: nisi ea velint remediam apponere, sine quibus Confessarius judicat ad vomitum reditos.*

Sextum casum immediate subdit ibidem: *Dif feratur adhuc abſolucionem, donec videatur aliqua emendatio illis, qui quantumvis dicant, & promittant relinqueret peccata; nibilominus Confessarius judicabit probabiliter, illis peccata non reliquias.*

Scio in variis translationibus S. Caroli sic textum ¹⁰⁴⁸ ipsius referri: *Est præterea consultum, abſolucionem differre, donec evidens appareat emendatio, in iis, qui tametsi dicant, ac pollicentur, quod se eximent à peccato: tamen Confessario probabilem faciunt metum, ne contrarium contingat. Unde Junioribus quibusdam vñsum est S. Carolus*

per vocem *consultum*, significare voluisse, quod istud non sit precepit; sed consilii dumtaxat.

¹⁰⁵¹ Sed contra est 1^o, quod textus quem producimus de verbo ad verbum concordet cum expressione, quam vernacula lingua sive fecit S. Carolus his verbis: Si differisco a me l'absolutione, finche se vede qualche emendatione, a quelli che quantunque die bini, & promittendo di lasciar il peccato, non dimento il Confessore giudice probabilmente, che non lo laschiaranno. 2^o. quod sequens casus, quem S. Carolus illico subiungit, seu verba quibus cum exprimit, facta indicent S. Carolum loqui de debito, non de simplici consilio.

¹⁰⁵² Septimum itaque casum exprimit sic: Idem faciendum est cum iis (scilicet ut differatur ab solutio-ⁿne) qui cum multis annos in peccatum suis perdurant; nullam interior habibilitate operari emendationem vita, in eadem peccata iterum atque sterius labentur. Attentis certe dictis, & dicendis, incredibile est quod hic non loquatur de debito (si enim in casibus minus urgentibus diffici vult ab solutio-ⁿne; a fortiori in isto.) Atqui expressè dicit, quod hic idem faciendum sit quod ibi, sive quod diffe-^renda sit ab solutio-ⁿe, sicut ibi. Vult igitur quod ibi, sicut hic, differri debeat.

¹⁰⁵³ Octavum casum declarat cap. 16. ubi postquam duplices generis distinxit occasiones pecca-^ti mortali; alias utique que per se in peccatum inducent; alias que in illud inducent ex condi-^tione peccantis, ita ut Confessarius metuere pos-^tit, quod ex perverso, quem dū induit, habitu, imposteram non magis abstinebit quam prius a peccato, si in iisdem occasionibus veretur. Addit prioris generis exempla sequentia, item profite-^r tabellis chartaceis, vel alicis ludendi, concep-^tib^{is} fovere, perfidere in affida collatione, af-^pectu, quotidiano congreku cum feminis, & simili-^bibus turpium amorum irritamentis. Primo dicit, quod irretiu*m* occasione suapte natura trahente in confessum peccati mortali, *velut* quod concubina-^m ait, vel quid huiusmodi. Confessarius ab-^solvere non debet, nisi prius occasione illam prou-^fus abficiat. 2^o. in aliis exemplis, ut alea ludere, communiter conversari periculis cum feminis, &c. ab-^solvere non debet, si eis nuntium remittere non pollicetur.

¹⁰⁵⁴ 3^o. si sponeat, alias tamen, cum de eodem fidem fecerit, vitam non emendaverit, ab solutio-ⁿem dif-^ferat, si quod emendationis quedam argumenta-^m videbit.

¹⁰⁵⁵ 4^o. si post suscep*t* & obseruata remedia, que soleri & circumspic*t* Confessarius adhibuit, non se emendaverit, non absolvatur, donec impedimenta sufficerit, vel nisi quid aliud a nobis accep-^terit, quod convenire videatur.

¹⁰⁵⁶ Posterioris generis exempla c. 18. Ea (inquit) facta sunt, que etiam per se licet, tamen proba-^biliter timetur, ne is qui confiteatur, in eadem ipsa, que olim admisit, peccata relapsurus sit, si in ijd^ere operi*m*, in quibus ante*m* veritus est, perse-^rveret. Tales, ob mundi corruptelam, plurimum esse solent, in casis esse, mercaturam sequi. Magistratus obire, Advocati & Procuratori officia exercere, alioque id genus, que dum quis tradat, sit sap*er*, ut vocibus blasphemis, scurrilis, injustitia, calumnia, odia, fraudibus, perjuris, & alios ejusdem farina sceleribus, quibus Deus offenditur, tantum sibi eorum confessitudinem adscriverint, ut conjecta-^r licet, si in ijd^e officiis maneat, cum se ruf-^sus ad eadem illae oblatas sint occasiones, quod for-^rtem animum ad resistendum peccatis non oppo-ⁿent, quam hadenius fecerint, quodque inde sequar-^t, in idem latum ex integro prolabentur.

¹⁰⁵⁷ Itaque de iis dicit, imprimit quod Confessarius hominem eo modo constitutum absolvere non debet, si existimat ad eadem peccata reditum, quandomdi-

in antiqua confessitudine perseverat; sed aquam q*u*nta vita emendatio, & quodam illius approbat per temporis intervallum expectetur. Aique hic sum est, bac in parte Confessarius in ura sua maxi-^m manu præbere causam, cui in omnibus ferè opificiis & exercitationibus publici, peccata gravissima inveniantur, & abusus intolerabiles... Quantobrem magno numero inventum Confessarius, inter eos qui talia exercent, omnem vitam ferè in peccatis mortaliibus duxisse. Qui quidem ab solutio-ⁿis capaci existimari non debent, nisi diligenter prius accedat, quā simili. Et ab invulneris huiusmodi liberentur, & fortiori contra peccatum reddantur.

Deinde addit quod multo magis Confessarius circa ea officiorum actionumque determinata extirpan-^da allaborare debet, quo nullam vel necessitatem Reipublice, vel utilitatem secum ferent... ut cho-^ris interesse, agere cum blasphemis, versari in scurris, malorum se sodalitibus bonum adg-^{er}ere, tabernas frequentare, otio inducere, simileque actiones, in quibus nplurimum peccare mortalibus homines solent. Qui quidem autem non debent ab solv*er*, nisi animo alienato pensatis illa ipsa se defertur pollicentur.

Dicit tamen quod si probabilit^e sibi Confessa-^rius persuadet, posse se fidem prim*u*, vel secund*u* a paucitate sibi prouisioni, facta dare, quod scilicet occasio*n*em auferet, poterit ipsum prouisionem intu-^ttu ab solv*er*e. Sin autem fidem seme*re* atque iterum frigerit, ex tertio jam idem pollicetur, ab solutio-ⁿem differat, u^{er}o quodam re ipsa videt paucitatem fe*m* omni peccato liberasse, ut in prius viscerat.

Nonnum casum profect eodem cap. 18. de in*q*ui actus nostris Conciliis... probabit, vel per se aliis illicitor exerceat. Ipsos Confessarius non ab solv*er*, nisi prius resindantur, satis factaque conve-^menient pro iis praefestis.

Nemini dubium est potest, quod S. Carolus in omnibus casibus supradictis negari vel dicere velit ab solutio*n*is beneficium, ne Confessarius illud iis impartiatur qui eo revera*m* indigunt, atque addi-^cindisputantur; id enim ipse declarat circa cap. 12. cum dicit, idcirco in frequentiori confessitudine agendi obscuranda est que circa casus illos sit, ut num. 1043. vidimus. Vult igitur ab solutio*n*em in illis casibus ipsi negari vel differi, tamquam indispositis, vel de indispositione rationabiliter suspectis.

Hoc posito, doctrinam nostram S. Carolus per iudicium tradit, Adversariis manifeste contradicit. 1^o. dum in primo casu differi vult ab solutio*n*em usque ad satisfactionem, seu emendationem, relapsis in negligientiam addicendi articulos fidei, praecipue Decalogi & Ecclesie, post admonitionem Patorum vel Confessarii.

2^o. dum in secundo casu simili vult eam oblique ad implera prouisa differri patribus & matribus familiis, relapsis in defectos memoratos, si te-^pius fuerint reprehensi, nec sele correcerint.

3^o. dum in tertio casu idem statutum de relapsis in opera servilia, vel venditiones prohibitas dictis feli*s*.

4^o. dum in quarto casu idem quoque servari vult circa relapsos in immoderatum corporis ornatum, & fatum mortaliter peccam*is* in*u*o.

In casibus istis, postquam peccatum adnotatio*m* promissis non fecit, Confessarius iuxta S. Carolum ipsi rursus promittenti credere non debet, in frequentiori confessitudine agendi; sed ipsi vel indisposito vel de indispositione rationabiliter sus-^{pe}cto ab solutio*n*em suspenderet, donec prouisa ferveraret. Nec ad hoc ut ipsi non credit manife-stiam requirit rationem in contrarium; utpote qua vel non est in casibus supradictis, vel est in omni-^bibus pariter in grave crimen relapsis post Con-

cessarii admonitionem, frustratamque emendatione
ris vita promissionem, femei atque iterum ipsi fa-
ctam. Quod proinde in quatuor casibus illis S.
Carolus vult observari; idem haud dubie in cate-
ris casibus intendit, in quibus pénitens, post Con-
fessarii admonitionem, frustratamque, non solum
femei atque iterum, sed & sibi, a longè saepius
emendanda vita promissionem, toties relapsus
fuit, quoties confessus.

1064 5°. Si Confessarius S. Carolus in frequentiori
consuetudine agendi sic agere vult cum relapsis fe-
meli atque iterum, post unam alteramve admis-
tionem, promissionemque femei atque iterum
violatam, a fortiori cum consuetudinariis, post plu-
rimas admonitiones, plurimas quoque promissio-
nes violatas.

CAPUT XCI.

Argumentum octauaginta primum.

Ex aliis Regulis, traditis ab eodem S. Carolo.

1065 SEXTO. S. Carolus assertionem nostram tradit,
dum in quinto casu dicit, quod Confessarii
eos absolvere non possunt, qui peccato mortali va-
ledicere constanter non decernant. Neque enim id
constanter decernere consentur, qui peccatum
mortale facile & ciuo reperunt, ut constat ex di-
cis cap. 27.

1066 7°. assertionem nostram rursus tradit, dum
in casu sexto vult, ut differatur ad bac absoluto, do-
ne videatur aliqua emendatio, illis qui, quantum-
vis dicant, vel promittant relinquere peccata, ta-
men Confessarius iudicat probabiliter illos peccata
non relativos. Hoc enim iudicat probabiliter de
consuetudinariis & recidivis, qui jam saepius pro-
misserunt relinquere peccata, nec unquam reli-
querunt, nec modò maiorem adferunt cautio-
nem pro assecuranda veritate promissionis sua,
quam antea.

1067 8°. dum in septimo casu rursus statuit, ab-
solutionem differendam consuetudinariis, qui
postquam multos annos in peccatis suis perdurant,
nulla adhibita operā in emendationem, in eadem
iterum atque iterum relabuntur. Est enim ipsissi-
ma assertio nostra, doctrina Adversariorum dia-
metraliter aduersa, ut constat tum ex propositione
iporum cap. 4. relatis. Tum ex eo quod
secundum Carolum nostrum ab Assumptione,
nullam operam vel conatum in emendationem
adhibuisse, etiam post millena emendatione pro-
posita, & promissa, non sit signum animi ad ab-
solutionem indispositi, nec ipse proinde tanquam
indisposito vel de indispositione suscepit differen-
tiam absolutiōnem. Cujus oppositum a S. Carolo
perspicue doceri, constat ex allata doctrina ipsius.

1068 9°. dum in octavo casu declarat, existentem
in occasione, per se atque ex natura sua pertra-
hente in peccatum mortale, absolvendum non
est, nisi prius occasionem illam profus abfcindat.
Consuetudo quippe mortalis peccati per se atque
ex natura sua pertrahit ad mortale peccatum, est
que occasio illius per se, interna quidem, non
externa, sed tanto fortior & ad peccatum proclivi-
or, quando intimir, ut demonstratum est cap.
41. §. 25. Prius igitur pro posse abfcindatur est,
juxta S. Carolam, quam ab solito concedenda.

1069 10°. dum in eodem casu similiter declarat,
absolutionem illi differendam, qui alia ludit com-
muniter, converatur periculose cum feminis, &c.
tamet iudecat illis occasionibus nuntium intrare,
si alias cum de eodem fidem fecerit, vitam non
emendaverit. A fortiori igitur eam differri vult
illi, postquam saepius de eo fidem fecerit, nec
vitam emendavit. Et tanto magis a fortiori, quan-
do saepius de eo fidem frustra fecerit.

Tom. III.

Quod si remedia contra relapsum à solerte & 1070
circumspetto Confessario prescripta in se prompto
animo suscepit, indequod Confessarius speret
occasione convertendam de proxima in remo-
tam, permitit quidem S. Carolus talenm abfol-
vere. Sed si posthac non se emendaverit, non ab-
solvatur (inquit) donec impedimentum sustulerit.

11°. dum in eodem casu dicit, existentem in 1071
occasione per accidens, sive per se non mala,
neque ex natura sua pertrahente in peccatum, sed
qua ipsi in particulari occasio sit, attenta speciali
conditione ipsius; dum (inquit) dicit talem
non absolvendum, si Confessarius existimat ad
eadem peccata redditum, quamdiu in antiqua con-
suetudine perseverat; sed exulta esse ut vita emen-
datio, & quadam illius approbatio, per temporis
intervallo expectetur.

12°. dum addit, id maximè observandum 1072
circa eos, qui versantur in occasione per accidens,
qua nullam Reipublica necessitatem vel utilita-
tem adferit. In qua existentes, ante non debet ab-
solvi (inquit) nisi animo abalienato penitus illa ip-
sa se deseruatos pollicentur. Quod si datam de eo
fidem femei atque iterum frigerit, ac tertio iam idem
pollicetur, absolutionem differat, uquidam reip-
sa videat pénitentem se omni peccato liberasse, in
quo prius vixit. Quam patenter Adversaris san-
ctus Carolus contradicit!

Differenda absolutionis casus, à S. Carolo ac 1073
signati, frequentissimi sunt, & in frequentiori
consuetudine agendi à Confessariis observandi, ut
suprà vidimus. Nos raro id facimus, faciendum
que volumus, inquit junior Cafusista disputatione
a. 4. §. 4. Igitur praxis ipsius contraria est praxi à
S. Carolo prescripta.

In omnibus illis casibus absolutio, juxta san-
ctum Carolum, differenda est peccatoribus, tam-
quam indispositi, vel dubiis dispositis. Idem Ju-
nior hoc negat, cum R. P. Carolo ab Assump-
tione, ait, imprimis solum differendam, dum
leviora remedia nihil operantur, & tunc solum
erit per modum medicina. Per quod uterque non
satis effugere videatur laxitates, animarum perni-
ciem inferences. Quod enim unâ manu largitur, 1074
alterâ retrahit Carolus, prout constat ex 23. pro-
positione ipsius cap. 5. relatâ, quâ afferit, quod
ne titulo quidem medicina, seu cavendâ reinci-
dentiâ, absolutio differenda sit, dum pénitens
ex statuto sue religionis, vel ratione beneficij,
vel ad lucrandam indulgentiam plenariam (in ci-
vitatis magnis, modo in ita, modo in illa
Ecclie frequentissimam, ac penè quotidianam)
communicare debet, vel celebrare. Ergo frequen-
tissimè ac ferè quotidie Confessarius absolvere de-
bet pénitentem, quâlibet consuetudinarium, quâlibet
recidivum, post frustrata omnia pro-
missa, milenosque relapsus, dicentem se con-
tritum. Sicut & eum, qui saepius promisit se di-
misurum occasionem, & non dimisit; prout idem
Carolus docet Pental. c. 6. per totum, frequen-
ter repetit in elucidatione illius.

His autem S. Carolus manifestissime contradicit. Et meritò, quia laxitatem nimiam, salutis ani-
marum noxiā, inducere videntur, ipsius sancti
Caroli iudicio. Inde enim sapientia occidit (inquit
c. 12.) quod multi in eisdem semper peccatis ha-
rent, cum animarum suarum lamentabili ruina.
Et, ut ait c. 18. manifestam est hac in parte Con-
fessarius maximam prædere causam, cur in omnibus
ferè opificiis, & exercitationibus publicis, peccata
gravissima inveniantur, & abusus intolerabiles,
qua ibi recenser. Denique ob debiti rigoris defec-
tum in hac parte magno numero inveniet Confes-
sarius, inter eos qui talia officia vel officia, Ma-
gistratus, Consillarii, Advocati, Procuratoris,
Mercatoris, &c. exercentes, omnem vitam ferè in

Z 2 2